



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

Libri Septimi Decretalium Quarti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

item nostra Idibus Junii Pontificatus nostri anno quarto editis, fuit provium, ne cui in posterum, nisi in casibus necessariis, septa monasteriorum monialium ingrediendi concederetur licentia, à nonnullis dubitatum fuisse, sciamus circa personas, quæ alterius ad id licentia non indigent, sed sui auctoritate officii munitur, an liceat eis pro libito sine voluntate huiusmodi septa ingredi, vel pontis servare debeant ipsi quoque regulam à Concilio præscriptam. Nos omnem hesitationis materiam tollere, & viam scandali præcidere, ac sanctimonialium quieti consuleret volentes, harum tenore auctoritate Apostolica declaramus, Prælatos omnes tam seculares quàm regulares, quibus cura & regimen monasteriorum monialium quovis modo incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria prædicta ita demum uti posse, si

id faciant in casibus necessariis, & à paucis iisq; senioribus, ac religiosis personis comitati. Quocirca universis & singulis Episcopis, seu majori ac etiam Cardinalibus dignitate præditis, necnon quorumvis ordinum Abbatibus, Prioribus, ministris, & alios quoscunq; superiores regulares serio monemus, ut facultate huiusmodi, qui eam habent, præterquam in casibus, ut præfertur, necessariis, neutiquam utantur. Quod si contrafecerint, eadem auctoritate Apostolica statuimus atq; decernimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice, qua contrafecerint, ingressu Ecclesie interdictos, pro secunda à munere Pontificali & à divinis suspensos, ac deinceps ipso facto abiq; alia declaratione excommunicatos existere, regulares verò omni officio ac ministerio privatos excommunicationi similiter subiacere. Rom. 23. Dec. 1591.

FINIS.



SEPTIMI DECRE-
TALIIUM
LIBER QUARTUS.

TITULUS I.
DE MATRIMONIIS ET SPONSALIBUS.

PAULUS QUARTUS.

Qui spe obrinenda dispensationis matrimonium contrahunt in gradibus prohibitis, in posterum Pontificia gratia per huiusmodi dispensationes non gaudeant, etiamsi ex copula sequantur proles.

CAPIT I.

A ea ipsa die, qua divina bonitas nos (licet tanto oneri impares) regenda universalis eius Ecclesie præficere dignata est, nunquam cessavimus cogitare, quo pacto singuli abusus nostra diligentia tollerentur, diversas superinde constitutiones, & publicando. Hinc est quòd cum (sicut nobis nuper innotuit) à nonnullis annis citra introductum sit, ut qui matrimonium in secundo consanguinitatis vel affinitatis gradu contrahere anhelant, scientes se dispensationem à sede Apostolica super huiusmodi matrimonium, contrahendo obtinere non posse, sub fiducia illam super eodem matrimonium, postquam contractum fuerit, reportandi, matrimonium ipsum de facto contrahant, & carnali copula consumment, excommunicat. sententiam in Concil. Vien. contra matrimonium in gradibus prohibitis scienter contrahentes promulgatam damnabiliter incurrendo. Et deinde sub pretextu, quòd si divortium fieret inter eos, gravia exinde inter eos & eorum consanguineos & affines scandala possent verisimiliter exoriri, & mulier perpetuò diffamata remaneret, absolutionem necessariam, & dispensationem opportunam, quas sibi debitas concedi exposulenti,

sicq; absolutionem, dispensationem (quas alias non obtinerent) eo pretextu ut plurimum reportent in scandalum plurimorum. Nos considerantes præmissa causam tribuere delinquendi, & in celum committendi, & ex delicto, loco poenæ, commodam, & appetitum satisfactionem reportari, malitiosis hominum occurrere volentes, per has nostras omnibus innovare volumus; quòd nos lapsi tempore, infra quòd notitia præsentium in partibus, ex quibus similes dispensationes peti contingerent, verisimiliter haberi poterint, absolutiones & dispensationes huiusmodi ex pretextu prædicto, etiam si proles ex matrimonio contracto subsecuta fuerit, nullatenus, sed solum ex causa urgentissima pro bono publico, & a jure considerata, per nos tantum, & non alium approbanda, & edemus, & quòd dispensationes ex alia causa nostris temporibus perpetuò exulabunt, quòd nobis licere non patimur, nostris successoribus indicantes. Rom. Idibus Dec. 1555.

(Eandem constitutionem prius Clemens VII. intulit, quam habet infra eod. cap. 9.)

Pius Quintus.

Publica honestate qua ex sponsalibus contrahitur impedimento nullius aut parvi momenti est usus, quantum sponsalia de futuro

Q 9 9 3

quam rarissimi sunt, longe, major sit prohibitionis ratio in matrimonio per verba de presenti contracto quam in sponsalibus de futuro.

CAP. II.

Ad Romanum spectat Pontificem, sus solitudine diligenter providere, ut sacrorum Conciliorum decreta in sua declarationis adminiculo dilucidentur; quod nulla desuper dubitandi occasio cuiquam relinquatur. Sanè ad aures nostras pervenit, multos esse, qui dubitent, an decretum œcumenici Concilii Trident. sessione vigesima quarta de reformatione matrimonii cap. 3. quo cavetur impedimentum publicæ honestatis, ubi sponsalia a valida non fuerint, profertur tolli; ubi vero valida fuerint, non excedere primum gradum, cum in ulterioribus gradibus non possit huiusmodi prohibitio servari, de sponsalibus per verba (ut ajunt) de futuro tantum conceptis intelligatur, vel etiam matrimonium per verba de presenti contracta, non tamen consummata, quæ interdum sponsalia appellantur, comprehendat, ita ut etiam eo casu impedimentum inde proveniens subsistat fuerit.

Nos itaque ut omnis difficultas, dubitatioque tollatur, attendentes, quòd sponsaliorum appellatio, qua dictum Concilium utitur, non nisi improprie matrimonium verbis de presenti conceptis contractum continetur, quòdque agitur de correctione juris veteris, quo casu secundum proprietatem verborum duntaxat procedendum est, præsertim cum longe majorem rationem prohibitionis in matrimonio per verba de presenti contracto, quam in sponsalibus de futuro vigere à nemine dubitatur: idcirco motu proprio auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus & diffinimus, decretum Concilii huiusmodi omninò intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro duntaxat, non autem in matrimonio sic (ut præfertur) contracto, sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de jure veteri ante prædictum decretum Concilii introductum erat.

Clemens VII.

Qui intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, sine dispensatione consequenda carere debet.

CAP. III.

Quia plerumque in futurorum eventibus imbecillitas humani iudicii adeo fallitur, ut quod utile non solum conjectura, sed etiam attentæ & providæ consideratione pollicebatur, id profertur inutile, ac animarum salutem maxime damnosum reperitur, propterea nonnumquam expedit, ut gratia, quæ olim consulto, & rationabili de causa concedi videbantur, multo consultius in posterum denegentur, id quod necessitas præsentis provisionis evidenter ostendit. Sanè postquam fœl. recor. Clemens & Papa V. prædecessor noster in Concilio Viennensi eos, qui divino timore postposito, in gradibus consanguinitatis & affinitatis contra canonicas sanctiones matrimonium scienter in suarum periculum animarum contrahere præsumissent, excommunicationis sententia ipsa facto decreta subiacere, præcipiendo Ecclesiis prælati, ut tales tam diu excommunicatos publicè nunciarent, seu nunciari facerent, donec separarentur ab invicem, & beneficium absolutionis obtinerent. Sedes Apostolica & Romani Pontifices prædecessores nostri, considerantes gravia oriri posse scandala, si matrimonia huiusmodi scienter contracta & carnali copula consummata per divorcium dirimerentur, ad obviandum huiusmodi scandalis,

& ne mulieres perpetuo diffamatae crederentur, mandantur ad dispensandum cum illis qui in gradibus huiusmodi prohibitis, matrimonium ipsi scienter contraxerint. Propter quod multi volentes in gradibus prohibitis matrimonia contrahere, & sperantes remanere in solutionem ac dispensationem à sede prædicta, solent sub ea spe consummare præsumptè. Quodlibet corruptela, cum tandem propter irreverentiam huiusmodi malitiam & nimiam dictis locis in abolendo ac dispensando facilitatem adeo creverit, ut capere ac prohibitis huiusmodi contrahere, nullo modo tolerare, inde scandalorum materia & occasio nata videatur. In eo cretam, abusiones verò quæcumque tollantur, in malis moribus via & aditus omnis præcludatur, huiusmodi fraudibus & dolis, per quos multi dispensationem pro iudicium animarum à nobis exoptare, ac detinere in misericordia Apostolica sub spe veniæ, in expressis rerum imaginibus docet, peccandi riam prædictam non cessant, obviare volentes, habita super hanc materiam nostris matura deliberatione, de præsentibus consilio, omnibus denuntiandum scilicet intendendum est, quòd in posterum cum illis, qui gradibus prohibitis matrimonia scienter contraxerint, etiam si consummaverint, non intendimus dispensare, sed illi (scandalis quæ oriri posse formidantur, immo auctoritate) omninò separari mandabimus, absolutionem duntaxat petentibus misericorditer concessuri, si non dignus non sit, qui canonum condicem contraxerit, cum animæ suæ detrimento in iuriam facti. A. Calend. Septemb. 1574.

TITULVS II.

DE CONSANGVINITATE ET AFFINITATE.

Pius Quartus.

Gradus consanguinitatis, qualitates remanere & proponere sunt exponenda in dispensationibus.

CAP. I.

Sanctissimus in Christo pater & dominus Pius Quartus providens Papa IV. ad curas nonnullas pertinet, quòd multi viri, mulieresque in concipiendis consanguinitatis seu affinitatis gradibus excommunicatos eodem spirare largientibus coniuncti, in matrimonium copulari cupientes, dispensationem super contrahendi gradu à sanctitate sua. & Rom. Pontificis propter quod existente, vel sed. Apostol. solent impetrare, ad quod quòd dispensari aliquam gradus proponunt, quod forsitan expressus Pontificem aut sedem à dispensando vel avorteret, vel certe resisteret; cognoscimus in quibus literas postmodum super gradu proponunt, quod dispensationem, iuxta constitutiones scilicet. rec. Greg. XI. & Clem. VII. Rom. Pont. sanctitatis suæ prædecessorum desuper respectivè editas, incipio dispensante expediri procedentes. Circumspiciamus deinceps in huiusmodi dispensationibus concedendis procedere, ac propterea cunctis proinde statutula, & quicquid dispensationis concedenda venienter obesse possit, ne videlicet aliquid ab ipso dispensante rerum ignoro contra mentem suam in ammittatur, contra huiusmodi periculum emergat, clarè statuimus, quòd de singulis obstatibus plene certiorari vellet. Quod in quibuslibet dispensationibus quis pro matrimonio, scienter vel ignoranter contracto vel contrahendo, in quibusvis prohibitis consanguinitatis & affinitatis mixtis gradibus, ab eadem sanctitate sua, vel quopiam Romano Pontifice successore suo pro tempore existente, facti

a Thilsp. Franc. c. ex sponsalibus de sponsal. in 6. b Clem. V. in Cone. Vienn. ut habetur in Cle. tit. 1. c. 1. de consan. & affini. decretum tula, quo scienter contrahens matrimonium in gradu consanguinitatis vel affinitatis prohibito, vel cum moniali, excommunicatur ipso iure, & publicari debet & utari; de hac re vide Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 5. & Beat. Antonin. tract. de excommunic. sup. 3. c. vult. lib. 4. part. 2. c. 3. & 2. num. 8.

dicta fede impetrari, vel alias etiam motu proprio conceffi congerit, commiffionibusque defuper etiam ordinariis locorum faciendis, ac literis quibulvis inde conficiendis, non folum de remotiori, fed etiam de proximiori, aut de proximioribus gradibus, quicunque illi fuerint, eorumque diftincta, fpecialis & exprefsa mentio fieri debet. Alioquin difpenfationes, declarationes, ac in fine conficienda litera hujusmodi, proceffusque habendi per exiftem, nullius funt roboris vel momenti, & pro infectis habeantur. Conftitutionibus, prædecefforum hujusmodi, exterisque contrariis nequaquam obftantibus, hæc fua perpetuã valitura fiantione, auctoritate Apoftolica ftatuit & ordinavit. Sicque per quoscunque iudices & commiffarios, etiam S. R. E. Cardinales fublata eis quavis altere iudicandi & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debent. Ac quicquid fecus fuerit is à quocunque quavis auctoritate fcienter vel ignoranter attentari congerit, irritum & inane decrevit.

Pius Quintus.

Declaratio Concilii Tridentini circa impedimenta cognationis fpiritualis, & affinitatis ex fornicatione, quæ ad matrimonium poffit confirmari. Concilii Tridentini & de cætera contrahenda.

C. A. P. II.

Sanctiffimus in Chrifto pater ac Dominus Pius divina providentia Papa quintus, ad cuius notitiam pervenit, quod cum in decretis facti Concilii a Tridentini certe tantum perfonæ enumerentur, inter quas duntaxat cognatio fpiritualis deinceps contrahatur, ab aliquibus revocatur in dubium, an qui ultra perfonas in dictis decretis enumeratas b quocummodo cognatione fpirituali ante confirmationem dicti Concilii conjuncti erant, abfque difpenfatione Apoftolica matrimonium poffit diftam confirmationem contrahere & poverint, ac hodie & de cætero contrahere poffint, cum ante prædictam confirmationem id facere de iure minime liceret.

Et infuper cum in eifdem decretis ftatuatur affinitatem, quæ ex fornicatione contrahitur, in illis folummodo attendi debere, qui primo vel fecundo affinitatis gradu conjunguntur, ab aliquibus pariter dubitatur. An matrimonium inter perfonas, quæ ante confirmationem dicti Concilii tertio vel ulteriori hujusmodi affinitatis gradu conjunctæ erant, poffit confirmationem ejuſdem Concilii abfque difpenfatione Apoftolica contrafta & quæ deinceps contrahi contingit, dirimi debeant.

Sanctitas fua ad tollendum omne dubium, eos qui ante confirmationem prædicti Concilii cognationem fpiritualem contraxerunt, dummodo non fint ex perfonis in dictis decretis enumeratis, & inter quas tantum Conc. voluit deinceps contrahi hæc cognationem fpiritualem, matrimonium in vinculo inter fe abfque difpenfatione aliqua liberè & licite copulari poffe, ac matrimonium etiam poffit confirmationem hujusmodi, abfque difpenfatione fedis Apoftolicæ inter eamdem contrafta valere, plenamque roboris firmitatem obtinere. Et fimiliter matrimonium poffit confirmationem Concilii abfque difpenfatione Apoft. fequuta, & quæ de cætero fequentur, inter perfonas quæ ante dictam confirmationem, affinitatem (infra tamè fecundum gradum ex fornicatione ptoeuenient) contraxerunt, propter hujusmodi affinitatem dirimi non debere, fed valida & efficacia exiftere declaravit.

a Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. matrim. b De cognatione fpirituali vide Hefyem. lib. 4. ſum.

ANIMADVERſIO AD LECTOREM.

Littera Pontificii litterarum in quibus tractat de matrimonio & pertinetur us ad conjugia, brevior ſemper & compendioſior eſt, quam obrem ut hæc ſpecifica decretalium reſponderet, quartus libri eorundem hic adſcripſimus. Quæ vero confanguinitatis & affinitatis voluerit latius inveſtigare ſingulari regulæ ad hæc ſuam Epistol. decret. hujus editionis, ubi declaratur arbor confanguinitatis.

F I N I S .

QQ99 +

Idem.

Declaratio circa impedimenta cognationis fpiritualis.

C. A. P. III.

Quia illius vicem, licet minime ſuffragantibus meritis, geramus in terris, de cuius vultu prodi iudicium, & videtur oculi æquitate, officii noſtri debitam profequitur adtionem, ſi obſcuros facrorum canonum ſenſus ita appetere ſtudemus, ut piis Chriſti fidelium mentibus nulla dubitandi occaſie relinquatur.

Sanè licet ex eo, quod in Concilio Tridentino decretum fuerit, cognationem fpiritualem inter eos tantum contrahi, qui ſuſcipiant baptizatum a de baptiſmo, ac baptizatum ipſum, & illius patrem & matrem, nec non baptizantem & baptizatum, baptizatiq; patrem & matrem in reliquis perſonis, quæ per antiquos canones occaſione cognationis hujusmodi contrahere prohibebatur, omne impedimentum ſublatum eſſe videatur, adhuc tamen ab aliquibus dubitari acceptimus, an ſaltem impedimentum cognationis fpiritualis hujusmodi inter maritum vel uxorem ſuſcipientis, & baptizatum, nec non inter maritum vel uxorem ſuſcipientis, & patrem ac matrem baptizati vigeat, propterea quod prohibitum de uno conjugæ, de altero etiam prohibitum eſſe videatur.

Nos piam mentium quieti, & matrimoniorum favori, quantum ex alto nobis permittitur) conſulere volentes, à præciſis verbis Conc. minime difcedendum in præmiſſis eſſe conſuimus. Et propterea nullum amplius impedimentum ratione cognationis hujusmodi ſubefſe decernimus, & declaramus, quò minus inter dictos maritum vel uxorem ſuſcipientis, & baptizatum, baptizatiq; patrem & matrem, & quacunque alias perſonas tam ex parte ſuſcipientis, quàm baptizantis & baptizati, in dicto Concilio nominatim non exprefſas, matrimonium liberè & licite contrahi poſſit, & ita ab omnibus iudicari debere mandamus atque ſtatimus.

Idem.

Tertia declaratio circa impedimenta cognationis aut affinitatis ex fornicatione.

C. A. P. IV.

Ad Romanum Pontificem ſpectat, canonicas ſanctiones, quæ expreſſiore ſenſum poſtulare videntur, re diligenter perſpecta declarare, & alias providere, ut omnis dubietas de piis Chriſti fidelium mentibus, evellatur. Sanè poſtquam ex eo, quod Tridentina Synodus impedimentum affinitatis ex fornicatione proveniens, per quod non ſolum matrimonium contrahi prohibetur, ſed etiam poſtea factum dirimitur, ad eos tantum reſtrinxit, qui primo & ſecundo gradu conjunguntur, in ulterioribus verò gradibus ſtatuit matrimonium poſtea factum non dirimi, à pluribus Chriſti fidelibus, ut accepimus, eſt dubitatum, an licet in ulterioribus gradibus hujusmodi matrimonium contraftum non dirimatur, adhuc tamen juxta antiquos canones contrahi prohibeatur.

Et propterea nos omnem ambiguitatem tollere, & animarum tranquillitati, ac matrimonii libertati quantum cum Deo poſſimus conſulere volentes, & declaramus, & Apoftolica auctoritate decernimus, nullum hodie impedimentum remanere, quò minus in ulterioribus gradibus hujusmodi liberè & licite matrimonium contrahi poſſit.

a Vid. cap. non plures. de conſ. diſt. 4. & c. quarevni. de cognat. ſpirituali. in 6. c. ſuper quibus. c. pſtaciun. & c. ſin. 20. q. 2. c. 1. ſuper eo. & ſere per totum. de cognat. ſpirit. cap. 1.

